

Alius est novam & insolitam, malo exemplo blandimentis erga populum cum Cajo & obsequiis certans. Erat enim ex collegis Caji unus Livius Drusus, vir neque indole ulli Romano, neque tyrocinio secundus, ad hæc eloquentia & divitiis inter primos celebris, atque pollutibus horum præsidio par. Ad hunc igitur vertunt se primos, hortanturque ut Cajum adoriatur, atque in eum conspiret secum, non vi agendo, neque incurtendo in plebem, sed mulcendo in magistratu, concedendoque tanta, quorum causa vel laeferenda esset honeste. Itaque tributatum suum Livius ad senatus voluntatem aggregans, leges promulgavit, non ullam in rem honestam aut frugiferam, sed id modum, superare Cajum sicut in concordia blandimentis & popularitate entens, & certans. Quo apertissime declaravit senatus, non actionibus offendi se Caji, sed illum ipsum tollere aut concutere modis omnibus in animo habere. Huic enim de duabus promulganti colonis deducendis, rogationem & honestissimos cives in eas scribenti, lenocinari eum multitudini objiciebant; Livio de duodecim colonis deducendis legem ferenti, & de ternis millibus in singulas inopum scribentis. Erant auxilio. Illi, quod agrum partiretur pauperibus indidit singulis pensione, quam inferret æratio, lucubantem aut plebis assentatori: Livius, qui etiam pensione hæc agrorum possessores levabat, erat is probatus. Ad hæc ille, quod Latinis suffragii ferendi jus faceret, cruciabat eos: hujus, ne quem Latinum militem virgini multare duci liceret, ferentis legi præsto erant. Et quidem Livius ipse in concionando assidue jactabat, hæc ferre se ex senatus de plebe solliciti sententia: quod sanè in actionibus ejus unum exitit uti. Placatio enim evasit erga senatum populus, qui cum principes ante suspectos & invisos habuisset, diluit & mollivit hanc similitudinem & itam Livius: ostendens, auspiciati se illis auctoribus popularis esse, & plebi indulgere. Summam verò sibi Drusus benevolentia in populum & justitiam fidem eo quaesivit, quod nihil sibi, aut in usum suum videretur promulgare. Etenim triumvros deducendis colonis misit alios, neque ad pecuniam tractandam accessit: cum ejusmodi munera pleraque, & maxima sibi quaereret Caji. Cum Carthagine coloniam deduceret Caji, Drusus liberorem campum devincienda sibi plebis nactus est: eum repugnantem occidit. *Plut. in Cajo.*

Ætius Valentinianus III. Imp. equitum Magister, quum Atlam, exercitu vehementer attrito, ad Aureliam in campo Mauriaco in castra compulisset, altè Thurisfundum, patris Theoderici regis Gothorum, qui in acie ceciderat, a mortem ulturum, ac in castra Atilæ impetum facturum avertit, Gothos enim & Francos non minus, si subtilis & excisus Hunnis invaluissent, perniciosos Reipub. Romanæ arbitratus, suavitè Thurisfundum, domum rediret, ne audita morte patris, fratres, quos domi reliquerat, regnum prætererent. Thurisfundus hæc ex animo & sincere dicta credens, Tholosam contendit, ibique rex à Vestgothis appellatus. *Avent. l. 2. Annal. Bojor. & Bonif. l. 4. Dec. 1.*

Post captam direptamque à Mahometo II. Constantinopolim, Albani & Peloponnesiaci fustibus dissidiis res Græcorum turbabant. Missus ad hos motus compescendos à Mahometo Turchanus, arte reges Græcorum tractans, effecit, ut vires eorum magis magisque languerent. Dum enim ad concordiam principes cohortatur, & ut subditos polcant, monet, simul ad justas pœnas insignendas, & beneficiorum remunerationem incitat: eò rem deduxit, ut dum uterque Palæologorum, Lucanus Peloponnesiacus, & Emanuel Cantacuzenus, ad suos colendos, & beneficiis devinciendos esset promior, usque discordias inter sese foverent. Hinc factum est, ut & duces viderent, & subditi attererentur. *Chalcondylas l. 8.*

Cum Burgenses Francos præfidiarios omnes una nocte interemissent, Philippus Pulcher Francorum rex anno reparatæ Salutis millesimo ducentesimo nonagesimo nono, eam ultutus injuriam, ad octoginta bellatorum millia coegerat fuimet ductu bellum illud gesturus. Eduardus primus Anglorum rex ita Franci regis amicus erat, ut tamen Flandros everfos nollet. Proinde simulatione charitatis miscet cordique, uxori, Omea, inquit, fratris tui incauti capiti pessum propinquam metuo; à quo enim minimè suspicatur, domesticis insidias hosti miser proderet. Credula anxiaque de fratre muliere, hoc celestiter Pulchro enunciat. Ita rex, nemine nominatim à fororis nunciis insimulato, omnium æquè fide viliore suspectaque, cum jam

in Advaticos pervenisset, causatus hyemem appropinquare, ac beneficio temporis anni, cum virtute non possent, se hostes tutaturos, re insecta ipse domum cum longè maxima exercitus parte rediit: præfidis, ut quique postulabat locus, relicti, ne hostes excursions impune in regionibus fines facerent, prædæque abigerent. *Æmil. l. 8.*

**MAGISTRATUM, DIGNITATEM QUAMCUNQUE, Sacram profanamque, astute Invadere, Conparare, Recuperare.**

**FORUM QUI IMPERANT DEPULSIONE, Exclusionem per**

**Cadem.**

Ajunt, Semiramidem initio vernæ cujusdam regii ancillam ac concubinam fuisse. In quam cum aliquando incidisset rex Ninus, forma ipsius & lepore captus, amare cepit. Obsecrat regi mulier, ita eum sibi paulatim stupri consuetudine adstrinxit, ut nihil esset tantum, quod aut à rege petere non auderet Semiramis, aut petenti reus auderet negare. Ergo cum aliquando in seipsum in sermone, teneri se magno cujusdam rei desiderio: rexeque eam, quicquid tandem illud esset, apertè ac liberè proferte jussisset. Cuperem, inquit, hoc mihi à te tribui, ut unum modum diem federe mihi liceret in folio tuo, & jus dicere, utque omnes toto illo die, quemadmodum tibi faciunt, ita mihi obtemperarent. Risit rex: & quod petebatur, concessit. Nec mora: edicitur, ut certo quodam die omnes Semiramidi dicto audiantur sint: ita regi placere, eam illo die regio imperio ac potestate præesse omnibus. Ubi ille adventu dies, mulier regis cultu in folio assedit. Fit concursus maximus. Illa de principio, experiendi causa, & quamdiu haud magni momenti imperat. Ubi serid omnes sibi omnibus in rebus pariter vidit, jubet satellitibus ac stipulatoribus corporis ejus, ut tegem ipsum comprehendant, comprehenditur, ut vinciant, vincitur, ut interficiant, interficitur: ita imperium ex diuturno diuturnum efficitur. Hæc est, quæ Babylonem multis lateritiis cinxit, cujus horri illi peniles tantam admirationem habuerunt: quæ cum equo concubuisse dicitur: quæ primò cum filii quoque sui concubuitum perisset, ab eo trucidata memoratur. *Metellus l. 6. Par. l. 1. c. 17.* Alii quinque eam dies imperasse scribunt, adeoque obsequio & munificentia se Assyriorum primoribus insinuasse, ut viro in custodiam conjecto, bona omnium venia in regno perleverat. *Sab. l. 1. c. 1. Em. 1.*

Gyges (uti traditum est à Platone in 2. de Repub.) cum terra discessisset magni quidam imbribus, in hiatum quandam descendit, æneumque equum animadvertit, cuius in lateribus fores essent, quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudine inuistata, annulumque aureum in digito: quem ut detraxit, atque ipse induit (erat autem regis pastor) tum in concilium pastorum se recepit: ibi cum palam ejus annuli ad palmam converterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem turfos videbatur, cum in locum suum annulum inverterat. Itaque hæc opportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit: eaque adjuvante regem dominum interemit, fustulitque quos oblatre arbitrabatur. Nec in his quicquam eum facinoribus potuit videre. Sic repente annuli beneficio rex exortus est Lydia. *H. Cic. l. 3. Offic.*

Artabanus, qui plurimum apud regem Xerxem poterat, stipatorumque ejus princeps erat, inijt consilium Xerxi necandi, regniue in se transferendi. Rem hanc Mithridati eunucho & cubiculario regio communicat, in quo summam fidem habebat positam. Qui Artabani cognatus, alioquin etiam amicus, insidias ejus assensus est. Ab hoc itaque Artabanus clam intra cubiculum regium noctu admittitur. Xerxem obruncat: tum eodem animo fraude parata, regis filios petiit, qui ea tempestate tres supererant: Darius nati major, & Artaxerxes, qui ambo in regia versabantur: tertius Hytaspes, qui tunc abens Sarraciam Bactrianorum regerebat. Artabanus noctu adhuc ad Artaxerxem propetia, eique nunciat à Dario fratrem necatum, regnumque occupatum ite hortari, antequam frater principatum adeat, rexque declaretur, rei suæ maturè consulat, fratris patriciæ scelus ulciscatur: tum de ad id facinus perpetrandum regis stipatores pollicetur adhibiturum adjutores. His adductus Artaxerxes, cæteris satellitum stipantibus, fratrem necatum in-

Acautum adoritur atque interimit. Quod cernens Artabanus, per insidias cepta consilia ubique sibi succedere, liberos suos ad se accerit, docetque, jam tempus adesse, quo regnum audendo sibi vendicent: tum gladio stricto invadens Artaxerxem, vulnerat. Ille perculsus, cum non lethale vulnus esset, sese fuga oculis lupit: nec quicquam vulnere impeditus, re commutata, Artabanum insectari, & metitis insipitibus affligere pergit: quem per opportunas torturas discerpit necat. Ita tantis præter spem omnium insidiis liberatus Artaxerxes, utique patris necem, particida sceleratissimo crudelissimoque necato, Perfarum potius est regno. *Diod. l. 11. At Tragus auctor est, Xerxem ob res in Græcia infeliciter gestas ad inter suos evulvisse, ut Artabanus spem nactus occupandi regni, septem filios stipatus eum in regia trucidaverit, mox Artaxerxem armavit in Darii fratris interitum. Quo sublato, etiam Artaxerxem dolore necare volens, assumpsit in consilio societatem Beccabassum quandam, qui præserti rerum statu contentus, rem omnem ad Artaxerxem desert, docetque in super patrem ab Artabano & filiis interfectum, fratremque salâ cædis suspitione petempum. Postremò, quæ ab ipso cædis auctore putantur, ordine explicat. Artaxerxes natorum Artabani gregem veritus, novi belli inferendi specie ingentem contrahit exercitum. Tum ibi, tanquam copias recogniturus, amicus tectus in medium proceffit, Artabanumque familiariter compellans, seque breviorum habere loricam, quam ut sine tædio gestari possit, questus: Vellem, inquit, tuam mecum commutare. Paruit Artabanus, consensitque suam ibi cotam exiit. Rex hominem injuria opportunum ferro transigit, filioque simul vincit imperat. *Sab. l. 3. Em. 3.**

Hanno Hamilcaris Carthaginensium ducis F. regnum affecit, sceleratum facinus excogitavit. Desponderat filiam suam egregio juveni, cujus ignes nuptias celebraturus, sub porticibus oppidum epulum populo preparati jussit: Senatum verò omnem in domo propria excepit, insectaque veneno pocula conviviis ministris tradidit: arbitratus, amoto Senatu, Remp. consilio destitutum, occupari posse facillimè. Cum autem Senatus res detecta esset, non respondit eventus proposito. Hanno igitur impulsus acriter rabi- bae, quod veneno nequiverat, id agendum ferro proposuit. Cujus ausu temerario cum exitus non satis responderet, à civibus captus, & variis & tormentorum generibus enecat: fuit cum omnibus filiis & cognatis. *Guido Bivincens.*

Philippus Rex Macedonum duos filios habuit, Perseum & Demetrium. Perseus cum in dies magis ac magis Demetrii favorem atque dignitatem apud Macedonum multitudinem, gratiam atque potentiam erga Romanos amplificari animadverteret, sibi ipse nullam præterquam in scelere superare, opinione ductus, Demetrium (quem alioquin Philippus non ignorabat, unde antea Roma pro obfide fuisset, cognita Romanorum virtute, à bello contra Romanos suscipiendo abhorret) imprimis apud patrem de prodione latenter insimulat, acculat, eum multa verba, cum Romæ moraretur, de regno cum Tito Quintio habuisse. Sed post ludicrum certamen (in quo pars ea, quæ à Demetrio literat, longè superior fuit; ideoque ad cenam vocatus Perseus non venit) Demetrius à cæna (in qua de certamine multa jocose dicta erant in adversarios) ad fratrem noctu ivit, illius itæ, si quam ex prælio conceperat, leniendæ causa, ignarus, interim aliquot de suis ferru abscondidit, ut sese defenderent, si qua vis eis afferretur (ob id quod missum à fratre conviviæ festinatione speculatore male multavisset). Hoc argumento Perseus arrepto, palam falsò Demetrium acculare incepit, noctu eum venisse armatum eo consilio & animo, ut se fratrem interficeret, neque aliud quam clausis foribus se pariterum præsidium habuisse. Philippus Demetrium vocari jubet. Duobus filius duntaxat in consilio adhibitis, sedet miserum pater iudex inter liberos, acculatorum partidici, & reum, seu conficti seu confecti criminis labem apud suos inventurus. Re cognita, ita pronuntiat, ut facile appareret, vis nocturnæ crimen rejectum ac remotum: suspensum verò esse Demetrii niam gratiam cum Senatu Populoque Romano: nempe non verbis, nec unius horæ disceptatione causam eorum de judicaturum, sed in utriusque vitam inquirendo, mores dicta factaque in magnis partivique rebus observando. Itaque sub specie legationis Romam mittit Philoclem & Appellem, spectatum inquisitumque de his sermonibus, quos Perseus frater cum Tito Quintio habuisse insimulaverat. Sed quod Philippum latebat, erant hi legati Perseæ fraudis mi-

nistri atque participes. Itaque Demetrius, cum interitum nullam spem haberet, patrem sibi placari posse, cujus obsecrati aures à fratre cognosceret, fugam ad Romanos meditari cepit. Quod cum Philippo nunciatum esset; Herodotum Demetrii perquam familiarem apprehendi, Demetrium verò observari jussit, dum legati redissent. Hi cum præmeditata in Macedonia à Roma attulissent, sed & falsas literas T. Quintii Philippo reddidissent, in quibus deprecabatur, si quid adolescens, regni cupiditate prolapsus, secum negorii habuisset: hæc literæ fidem perfide accusationi attulerunt. Quamobrem Herodotus diu excurciatus, moritur. Adversus Demetrium nihil palam pronuntiari, sed dolo interfici placuit, ne publica pena consilia Philippi adversus Romanos aperiret. Itaque à Dida, quem ei omnim Perseus à patre dari antea curaverat, immisissis percussoribus strangulatus est. Tandem cum legatorum fides capere esse suspecta, & vulgò in curia fremere, falsas ab his literas allatas esse: Xichus legatorum minister rem omnem indicat: Appelles fuga sibi consulit: Philocles interficitur, Perseum, quia tum nimiam potentiam adeptus erat, Philippus exhaeredit, Antigonus insituit. *P. Arodius ex Livii F. Dec. 4. l. 20.*

Macrinus unus ex copiarum Antonini Caracallæ præfectus, quum facem literarum, quæ ab urbe principi perferebantur, ipse iussu perlegisset (nam sub tabellariis accessum Imperator navigatum properabat) incidissetque in Meteriani procuratoris literas, quibus ille significabat, Mathematicorum responso comperisse, se Macrinum principis vitæ, & imperio infidari; hortarique proinde, ut primo tempore hominem è medio tolleret: rei periculo teritus Macrinus, suppressit literas, qui sibi exitum asperabant, perpetuè multos seditionibus Martialem ad Imper. necandum. Quod ille, in cædis fraternæ ultionem, libens præstitit. *Sab. l. 5. Em. 7.*

Philippus Arabs, cum viam ad imperium affectaret, primum Misitheum locerum Gordiani Imp. pharmaco à medicis curavit interficiendum. In cujus locum ipse successit, à Gordiano & præfectis, & parens appellatus. Sed immemor omnis fortunæ ac pietatis, mox insidias etiam Gordiano struxit. Ut enim in odium militum cum duceret, naves frumentarias abduxit, quas Misitheus prius in exercitum G advexerat: dehinc exercitu in loca sterilia deducto, attribus milites circumvenit, ut Philippum Imperatorum polcerent, quòd juvenis Gordianus nimium esset, nec regere tantum exercitum posset. Imperium igitur Philippo mandatum est, iustumque à militibus, ut quasi tutor ejus Philippus cum Gordiano pariter imperaret. Scepto autem imperio, brevi in eam superbiam venit, ut Gordianum nec in Imperatoris, nec in Cæsaris, nec in præfecti, nec in alicujus ducis loco habere vellet. Et cum se vivere tantum preceperat, quòd ei concesserat, tantum amorem populi & Senatus circa Gordianum considerans, cum ite militum famis causa vehementer essent, clamantem ante conspectum duci jussit, ac spoliari & occidi. Ita Philippus impiè imperium assequutus est, cum Gordianus regnasset annis sex, ætatis anno xx. *Cass.*

Mortua Placidia matre, Valentinianus III. à Maximo senatore, tyrannidem affectante, cujus uxorem stupraverat, est inductus, adjuvantibus ipsam eunuchis, ut Ætium Imperij columen, quasi novis rebus studeret, jugulari mandaret. *Idem.*

Clodoveus, Francorum rex, Vestgothorum rege Alarico caso, regibus Francorum, qui secum Galliam obtinerent, removendis animo, ut solus imperio potiretur, adjecit, atque ita ad Clodoricum Sigeberti Colonia reguli filium misit, inquit: Pater tuus arate confectus, & pede captus est (claudus enim erat ex vulnere) si ille vita cesserit, ego tibi regnum & amicitiam meam impertiam. Quibus verbis juvenis regni cupiditate incensus, Sigebertum patrem Colonia egressum, ac tracto Rheno, Burconiam sylvam ingressum, ac somnum meridie in tentorio capientem, immisissis satellitibus, interfecit: atque ipsi nunciari Clodoveo jussit, patrem suum mortem oppetivisse, seque thesauros ejus in potestate habere: si ad se ministros suos mitteret, se illi partem esse daturum. Cui Clodoveus respondit: Mitto nuncios meos: tu fac, ut illis omnia patefacias, & universa habebis. Paruit Clodoricus, & legatis venientibus penetralia aperuit, atque ita ibi, dum thesauros inclinatibus erueret, securi elata percussus interiit. Quæ re excepta, Clodoveus populum ejus ita est alloquutus: Dum ego per Scaldem fluvium navigarem,

A Clodoricus patrem suum insequatur, verbo præ se ferens, me illi eripere vitam velle: cumque ille per Barconiam sylvam fugam arripisset, immixtis percussoribus interemit, neque ita multo post ipse quoque, dum thesauros ejus aperire, vitam amisit. Quorum ego criminum insons sum: vobis autem suadeo, ut ad me transeat, quod sub meo patromis sitis. Qua re audita, illi animis vocibusque plaudentes, Clodovæum super clypeum extulerunt, ac regem sibi esse jussunt. Hujus compos voti factus Clodovæus, inde adversus Caraticum, qui bello contra Syagrium fidem ex fortuna suspenderat, castra movit, ac dolo circumventum unâ cum filio in potestatem adduxit, atque ambos vincos rotundit. Patre verò ditam fortunæ suæ acerbiter suppliciter conquerente, cum filius ferocius aliquid procaciusve loquutus esset, utrumque plecti capite jussit, ac ditionem eorum sibi vindicavit. Inde adversus Regnacharium apud Cameracum agentem processit, hominem libidine perditum: & proditoribus comparatis, qui hostilem exercitum adventantem socialem esse persuaderent, ad manum temerè conferendam attraxit, ac summo prælio pulsus, in fugam coniecit, inde comprehensum, & ad se manibus post terga religatis cum Richario fratre adductum, ita rogavit, Cur hanc generi nostro maculam attulisti, ut te vinculis alligari permitteres? fatuus enim fuerat moti: ac statim percuti imperavit. Tum conversus ad Richarium dixit: Si tu fratri tuo opem tulisses, in vinculis non haeres; atque ei similiter caput amputari præcepit. Inde tertius frater Rignomeres apud Cœnomanorum civitatem, tanquam tertia victimâ, est mactatus, regnumque & thesauri eorum adjuncti. Tum, regulis aliis propinquis suis, à quibus sibi metuebat, deletis, regnum per omnem fermè Galliam prolatavit. *Sign. l. 16. Imp. occid.*

Aripertus Rex Longobardorum, Pertharito & Gundeberto filijs regnum reliquerat, ut Pertharitus Mediolani, Gundebertus Papiæ consideret. Gundebertus fratris regno inhians, Garibaldum Taurinatum Ducem ad Grimoaldum Beneventanum petiit auxilium misit, foremque se, si enixè ab eo juraretur, nuptiâ daturum spondidit. Garibaldus profectus, egregiè legationem esse eminentis. Siquidem Grimoaldum non ad opem, ut iustus erat, ferendam accivit, sed ad regnum sibi ex opportuna fratrum discordia vindicandum. Ergo Grimoaldus, Romualdo filio Duce Beneventi instituto, Papiam versus profectus, ubi Placentiam venit, Garibaldum misit, qui præsentem suum regi adventum prænunderet. Is à Gundeberto de ratione Grimoaldi de dignitate recipiendi consultus, auctor ei fuit, ut honoris causa illum in regiam suam acciperet: quippe qui & auxilio sui veniret, & mox forem ejus sibi copularum matrimonium esset: quod si de illius sorte erga se animo dubitaret, lorica sub veste indutus occurreret. Quod cum Gundeberto probasset, tum ad Grimoaldum profectus, perfidè ipsam, ut sibi à Gundeberto caveeret, admonuit: nam se compertum habere, illum occidendi ipsius causa cum lorica futurum. Credidit id Grimoaldus. Itaque cum in regiam receptus per mutam salutationem regis in amplexum venisset, verèque cum, ut Garibaldus docuerat, lorica munitum esse sentiret, id ad eadem sui paratum criminatum, ipsum confestim gladio stricto confodit, ac ditionem ejus invasit. Pertharitus ad Cacanum Hunnorum regem se recepit. Garibaldus post Taurinam ab amico Gundeberti in D Paschate interfectus est. *Sign. l. 2. regni Ital.*

Tempore Cindafvindi regis in Græciam venit Ardanas, ab Imperatore suo pulsus. Eum Rex Cindafvindus suscepit, & consobrinam suam ei matrimonio copulavit, ex qua suscepit Ervigium. Is mortuo Cindafvindo regem Bantiam medicata potione de mentis statu dejecit. Cum ergo Quiricus Episcopus Toletanus & optimates intelligerent, regem memoria destitutum, & causam periculi ignorarent: ne sacramentis fidei fraudaretur, statim confessionis habitum postulavit, & ad monasterium convolvit, in villa quæ Panniplica dicitur. Vixit in regno annis novem, & in monasterio annis septem. *Roderic. Tolet. l. 3. rer. Hisp. cap. 11.*

Obtruncato à scariis Constantino Britannorum Rege, Vortigernus magnæ inter Britannos auctoritatis Constantium Constantini filium majorem natu (quem pater, quod ad publicum regimen ineptus esset, monachum fecerat) cœnobio extractum, majoribus Britanniae suffragantibus, regem fecit: scilicet ut monacho, rerum imperito,

imperante, ipse domesticas primùm augeter opes, regnum inde occuparet. Ito cum Scotis ac Pictis federe, centum Pictos, Scorosque toridem, munibus amplis majoribusque longè pollicitationibus ad se accitos, Constantii regis corporis adhibere custodiam: Eisdem aliquot post annos clàm in regis necem amavit, qui illum noctu obrucantur. Vortigernus repente percussoribus prehensus, ne fidei fidatam auctorem proderent, strangulari præcepit. Reliquos inde Pictos atque Scoros, qui Londini negotia habebant, facinoris ignatos, gentilis odii nomine pro concione populi accusatos, in crucem rapuit. Populo inde Ambrosium, Constantini F. impuberem, pro regni hærede offerret. Populus atatem cautus, Vortigernum regem esse jubet. Scotorum & Pictorum armis pressus, Saxones ex Germania evocavit. Qui cum non obscurè regno insidiarentur, à Britannis proceribus Vortigernus in ordinem reductus, Vortimerus filius substitutus. Cujus virtute Saxones à Britannia pulsi. Cæterum extincto Vortimero, Vortigernus à carcere educatus, & regnare iussus, à Saxonibus majore cum exercitu reversis perfidè captus, regnoque exiurus, in Cambriam (quæ nunc Vvalla est) ablegatus est. F. Illic ab Aurelio Ambrosio & Utero Constantii regis filijs, Constantii quem Vortigernus interficere curaverat nepotibus ex Armorica regnum repetentibus, victus in arce subiecto igni crematus est. *H. Boeth. l. 8.*

Quem Alexius, Isaacii Græci Imp. filius, contra Alexium patrum suum, regni invasorem, Francos in Syriam classe transfussit, & Venetos ex civitate: Franci terra, & Veneti mari, Græcos magna cæde superavere. Alexius Constantinopoli clàm auferit. Constantinopolitani Isaacium custodia & vinculis liberaverunt: qui revocatus in solium, acris repentina mutationem non ferens, decessit. Alexius filius, ut fidem Francis & Venetis datam solveret, Constantinopolitanis tributum indicit: Cives id indignè ferre, & seditionem excitare. Alexius Latinorum Polemarcho Bonifacio Ferrarienti urbem noctu prodere voluit. Quod ubi sensit Myrtilus, quem Murzuphulm alii appellant, Czfareæ stirpis & regni percupidus: populo Alexii conatum detexit, & ad vindicandam Græciæ libertatem animavit. Itaque ab insana plebe Cæsar salutatus, Alexio puero manu sua in latebris, quò se receperat, spiritum oppressis faucibus interclusit. *Æmil. l. 6.*

Rudolphus Imp. creatus, principes omnes, & inter eos Othocarus Bohemiam regem, indicto conventu Norimbergam, ad exhibendum juramentum evocavit. Othocaro non comparente, Rudolphus de principum sententia, primùm Austriam ab eo, tanquam Imperii provinciam, quam Margarita uxor Othocari dotis titulo alienatæ non putaret, repetit: Cirinthiam quietiam atque Syriam, quas Udalrico principi, sine Cæsaris assensu, vendere minime licuerit, cum utraque ad Imperii feudum pertineret. Insuper, ut in verba sua more majorum juraret, admonet: Vehementissimè ad singula excaudit Othocarus: Ipsa te, inquit, verum exterior, de quo aliquando subdubitavi: insolentius nihil esse humili, cum surgit in altum. Hic Rudolphus, heri servus noster, hodie Germanorum Cæsar, ut veteri domino suo insulset? Sed propediem sentiet, uter magis valeat, dominus, an servus. Iras denique responderet, nihil se Rudolpho debere, nihil etiam velle ei reddere. Ita utrinque exacerbati ab utraque parte copias ingentes educunt. De pace agi cœptum in Insula parva Danu. H. bil, quam Kambergam appellabant, iis modò, qui a consilijs essent, admittis. Rudolphus simulata benevolentia, prior ei cum salute & complexu occurrit, patrem & patronam ex veteri fortuna consulat, cum Othocaro astantem contrahit, filia desponsa filio ejus Venceslao octavum annum agenti, vicissimque Rudolpho filio Othocari filia. Mox utroque gentem ejus infringeret, & Austriam illi admitteret, speciosissimis invitavit verbis, ut si palam pudeat, saltem secretò intra tentorium, paucis coram arbitris, Cafari juraret. Proceres, non minus Cæsarem ob veterem familiaritatem, quam Regem suum respicientes, se fidei Cafari committat, hortantur. Parec ille: sed dum quinque vexilla Cafari de manu sua offerret, restitit duo ille domtaxat, ac sibi tria, Austria videlicet, Carinthiæ & Syriæ nomine retinuit, quæ tutelæ interim titulo possideret, dum Venceslaus gener adolefceret. Tentorium ita cœcinatum erat, ut laxatis finibus confestim decideret. Dum igitur ante tribunal Cafaris proeumbit, repente tentorium dissolutum est, atque utrique exercitui in ripa stanti Otho-

A chato spectandum præbuit, Germanis applaudentibus, Boemis verò factum devotentibus. *Dubr. l. 17.*

Carolus IV. Imp. cum armis Gunthero Schwartenburgense Comitæ, Rom. Rege electo, inferior esset, dolo eum opprimere tentavit. Gunthero igitur leviter ægotantem, cum insignis medicus Fridanus, Comitibus de Nassav antiqua junctis familiaritate, potionem, quam mitum in modum laudabat, portigeret: Guntherus prægustare medicum jussit. Qui tibi invitus faceret, gustavit tamen, reliquum Guntherus ebibat. Medicus statim faciem mutans, in terram prostratus concidit, ac tertio die motitur. Guntherus vonitu quantum potuit venenum ejecit, sed non totum: reliquæ enim corpus ejus inflabant, inutilemque ad arma reddebant tractanda. Ferebatur autem famulus medicum jussu Caroli venenum potioni miscuisse. Marchio interea Brandeburgensis sine exercitu veniens pro concordia tractanda, multa cum Carolo, plura etiam cum Gunthero loquutus est. A quibus abiter constitutus, decrevit, uti Carolum Guntherus regem salutare, seque regno abdicaret. Vicissim Carolus Gunthero, ejusque hæredibus, xxii. millia marcarum argenti datæ mense proximo, ac duo Thuringiæ oppida imperialia, dum viveret. Guntherus, licet indignatus, invalidum tamen se videns & lethaliter agrum, invitus consensit tandem. *Cran. l. 9. Metrop. c. 29.*

Solymanus Turcarum Imp. ex Circaffa setva primogenitum Mustaffam suscepit, omni virtutum genere præditum juvenem, quem provincia Anasie præfecit. Ex Rossa vero live Roxolana serva quatuor filios, Mahometum, Bajazetem, Selimum, & Zeangitum gibbolum, filiam Chameriam, quam Rossana Bassa primario elocavit. Rossa suis liberis imperium alserere cupiens, mirabilis dolo usa est. Muleptum sacrorum principem apud Mahometanos certiorum facti, consensisse se in honorem Dei & Mahometi prophete templum cum Xenodochio extruere: dubitavit, an Deo gratum hoc ipso factura esset. Respondit ille, Gratum quidem Deo id fore, non tamen in Rossa, sed in Solymani, cujus sumptu ipsa, upotè serva, edificaret, saltem sustenturum. Astuta mulier filium sortem detestari, cibo potuque abstineret, æternas penas metuere cepit. Solymanus cum amore incredibili eam prosequeretur, diplomate misso liberam esse voluit, jussit. Illa templum adificavit, & Solymanum ad se, ut ante, commate cupientem, libertatis obiecto privilegium deteteret: Turcis enim cum serva licet, cum libera extra conjugium rem habere, picular est. Amore ardens Imp. (contra morem Othomanorum principum, qui societatem imperii vitantes, uxores non ducunt, sed servas tantum è toto orbe forma elegantissimas petitas, & in gynæceo Constantinopolitano, quod Serraglio Italis dicitur, educatas, sibi pro libito adificavit) eam sibi matrimonio jungit, quinque aetorum ducatorum millibus annuis dotis nomine assignatis. Convertit inde animum Rossa ad Mustaffam opprimendum: quò vivo nunquam ad filios suos venturum imperium suspicabat. Itaque cum ille in summa gratia apud Janizatos esset, astuta noverca de Solymani vita se sollicitam fingens, Selimi exemplum crebro adducebat, quò Bajazetem Solymani avam regno pelere conatus esset. Jamque & Rossanus gener virtutum Mustaffæ elogio, seni suspicatio metu amittendi imperii injicere non desinebat. At cum Solymanus remissus ageret, Rossa veneno Mustaffam tollere frustra conata, adul-

terinas literas, Bassæ Amasensis Mustaffæ præceptoris nomine usurpato, Solymano ostendit, quibus nunciabatur Mustaffam Persarum regis filiam ambire. Solymanus id affectati imperii signum evidentiissimum esse judicans, Rossanum sub specie Perfar agrediendi cum exercitu in Amasiam mittit, revera autem comprehendendi Mustaffæ causa. Is dolo quia non procelleret, propter Mustaffæ potentiam, Solymanus ipsemet eò proficiscitur, & filium ad se vocat. Qui licet Achmathi Bassæ literis de infidijs certior factus esset, innocentia tamen fiducia cum exercitu ad patrem profectus est. Rossanus Janizatos honoris causa obviam misit. Qui cum incredibili alacritate festi que plausibus Mustaffam excepissent, Rossanus id injusto suo factum dicens, Solymani suspitionem auxit. Triduo ante somniaverat Mustaffa, se à propheta quodam in paradysum primo deductum, locum virtutis ad pietatis debitum conspexisse: inde verò ad lævæ dum flumina pice nigriora, perpetuis flammis ebullientia, in quibus impiorum regum anime cruciantur. Quod somnium non parum comites ejus deterruit. Ipse verò magno animo patri obediendum esse di-

ctans, præsertim ubi consulto magistro suo, mortem honestam vitæ æternæ portam, totius mundi imperio anteponendam audivisset: veste candida indutus, solus ad patris tentorium accessit. Ibi priusquam in patris conspectum venisset, à septem mutis, quos vocant (qui throno Imperatoris semper assistunt, nudaque solos illius observant) indicta causa comprehensus, cum se manibus fortiter defenderet, acclamante tandem per cortinas Solymano, proditorum è medio tollendum, qui sibi multarum noctium vigiliâs peperisset, corda arcus strangulatus est. Solymanus confestim Zeangitum F. evocavit, & Mustaffam fratrem in tentorio salutare per jocum jubet. Zeangirus, ubi horrendum spectaculum vidit, provinciam & opes Mustaffæ sibi à patre oblatas detestatus, dirisque profectus, pugione semetipsum confodit. Solymanus mox thesauros Mustaffæ filico inferendos curat. Quos cum delegati homines per vim auferre vellent, crevto prælio Mustaffiani, sui domini, quem mortuum ignorabant, opes defendunt, ut supra duo millia ceciderint: & postò cruentissimo prælio acies utrinque concurrissent, nisi Achmathi Bassæ industria intercessisset. Morre Mustaffæ publicata, Janizati furore perciti, ad tentorium Solymani currunt, vindictam innoxiam sanguinis exposcunt. Itaque Rossanus Bassa dignitate privatus vix effugit. Imperator ipse multa largitione vix impetravit, uti Aleppum deduceretur, quò cognitionem cause rejecerat. Mustaffæ & fratris cadavera Prusie Othomanorum monumento illata. Solymanus facti penitens, sed & Rossæ supplicium in aliud tempus differens, Mahometum puerum Mustaffæ filium completi cepit, equis præfecturam Prusiensem commisit. Selimus Caramania præfectus, intellecta fratris morte, nuncium, Evangelii loco, securi percussit. Itaque illi, quorum causa mater Rossa privignum è medio tollendum curaverat, Mustaffæ mortem sceleratam fraterna pietate deploravit. Circa annum 1554. *Africanus Cent. lib. 6. Commen. bell. Transylvanica.*

Mutilationem. Antigonus Antipatri F. Tetrarcha, in Judæam à Pecoro Rege Parthorum reductus, Hyrcanum patrum regem, & Phasaelum Aristoboli F. vincos accepit. Veritus deinde, ne populi favore Hyrcanus in regnum restitueretur, qui à Parthis aservabatur, amputavit ei auriculas, ne propter hoc vitium ad recipiendum Pontificatum esset idoneus, quando lex hunc honorem non concedit, nisi ei, qui integro sit corpore. *Joseph. l. 14. c. 25. Antiqu. Calumniam.*

Meneſtheus Petei (qui filius fuit Ornei, & nepos Erechthei) primus, ut fama est, inter mortales aunc popularem captare aggressus, & blanditi plebi: hinc primores Atheniensium sollicitavit, & incendit, jam pridem petrosos Theſei (ob Helenam taptam bello à Tyndaridis petri) atque existimantes, illum, imperio & regno singulis per populos nobilitate præcellentibus extorto, in unam ipsos conclusos urbem pro subiectis proliis & servis habere. Hinc vulgus concitavit exprobravitque, libertatis obiecto somnio, revera patria & facris spoliatis esse, ut multorum bonorum loco, & iustorum regum, unum reciperent advenam & hospitem dominum. Sunt qui planè dicant, ab illo Tyndaridas invitatos bellum movisse. Itaque pulso tandem Theſeo, & mortuo in Scyro insula, ipse regnum obtinuit. *Plut. in Theſeo.*

Leutyichides Demarato Regi Spartanorum, Aristonis F. inimicus, ob hanc præcipuè causam, quòd cum Percala filia Chilonis, filii Demarati, sibi desponsata esset, Demaratus infidiosè hominem conjugio privavit, uxore retenta Cleomene itaque urgente, Leutyichides contra Demaratum juravit, negans, cum ritè Spartanorum esse regem, quòd Aristonis filius non esset: deinde quòd juraverat, institit confirmare: quòd Ariston rex Spartiatum aliquando, cum si nunciasset famulus suus, filium ei natum, & mensis conferens, jurejurando negasset, illum esse filium suum. Huic verbo insistens Leutyichides, pronuciabat Demaratum neque Aristonis filium esse, neque ritè Spartæ regnare: eisdem Ephoris adhibitis testibus, qui Aristoni assidentes tunc hæc ab illo audierant. Tandem se in contentionem deducta, visum est Spartiatis oraculum, quòd Delphis est, consulendum: An foret Demaratus Aristonis filius? necne. Ibi Cleomenes supradicti Cobonem quendam Aristophanti F. maxima apud Delphos auctoritate, ut persuadeat Periallam mulierem vaticin-

antem, præsertim ubi consulto magistro suo, mortem honestam vitæ æternæ portam, totius mundi imperio anteponendam audivisset: veste candida indutus, solus ad patris tentorium accessit. Ibi priusquam in patris conspectum venisset, à septem mutis, quos vocant (qui throno Imperatoris semper assistunt, nudaque solos illius observant) indicta causa comprehensus, cum se manibus fortiter defenderet, acclamante tandem per cortinas Solymano, proditorum è medio tollendum, qui sibi multarum noctium vigiliâs peperisset, corda arcus strangulatus est. Solymanus confestim Zeangitum F. evocavit, & Mustaffam fratrem in tentorio salutare per jocum jubet. Zeangirus, ubi horrendum spectaculum vidit, provinciam & opes Mustaffæ sibi à patre oblatas detestatus, dirisque profectus, pugione semetipsum confodit. Solymanus mox thesauros Mustaffæ filico inferendos curat. Quos cum delegati homines per vim auferre vellent, crevto prælio Mustaffiani, sui domini, quem mortuum ignorabant, opes defendunt, ut supra duo millia ceciderint: & postò cruentissimo prælio acies utrinque concurrissent, nisi Achmathi Bassæ industria intercessisset. Morre Mustaffæ publicata, Janizati furore perciti, ad tentorium Solymani currunt, vindictam innoxiam sanguinis exposcunt. Itaque Rossanus Bassa dignitate privatus vix effugit. Imperator ipse multa largitione vix impetravit, uti Aleppum deduceretur, quò cognitionem cause rejecerat. Mustaffæ & fratris cadavera Prusie Othomanorum monumento illata. Solymanus facti penitens, sed & Rossæ supplicium in aliud tempus differens, Mahometum puerum Mustaffæ filium completi cepit, equis præfecturam Prusiensem commisit. Selimus Caramania præfectus, intellecta fratris morte, nuncium, Evangelii loco, securi percussit. Itaque illi, quorum causa mater Rossa privignum è medio tollendum curaverat, Mustaffæ mortem sceleratam fraterna pietate deploravit. Circa annum 1554. *Africanus Cent. lib. 6. Commen. bell. Transylvanica.*

Mutilationem. Antigonus Antipatri F. Tetrarcha, in Judæam à Pecoro Rege Parthorum reductus, Hyrcanum patrum regem, & Phasaelum Aristoboli F. vincos accepit. Veritus deinde, ne populi favore Hyrcanus in regnum restitueretur, qui à Parthis aservabatur, amputavit ei auriculas, ne propter hoc vitium ad recipiendum Pontificatum esset idoneus, quando lex hunc honorem non concedit, nisi ei, qui integro sit corpore. *Joseph. l. 14. c. 25. Antiqu. Calumniam.*

Meneſtheus Petei (qui filius fuit Ornei, & nepos Erechthei) primus, ut fama est, inter mortales aunc popularem captare aggressus, & blanditi plebi: hinc primores Atheniensium sollicitavit, & incendit, jam pridem petrosos Theſei (ob Helenam taptam bello à Tyndaridis petri) atque existimantes, illum, imperio & regno singulis per populos nobilitate præcellentibus extorto, in unam ipsos conclusos urbem pro subiectis proliis & servis habere. Hinc vulgus concitavit exprobravitque, libertatis obiecto somnio, revera patria & facris spoliatis esse, ut multorum bonorum loco, & iustorum regum, unum reciperent advenam & hospitem dominum. Sunt qui planè dicant, ab illo Tyndaridas invitatos bellum movisse. Itaque pulso tandem Theſeo, & mortuo in Scyro insula, ipse regnum obtinuit. *Plut. in Theſeo.*

Leutyichides Demarato Regi Spartanorum, Aristonis F. inimicus, ob hanc præcipuè causam, quòd cum Percala filia Chilonis, filii Demarati, sibi desponsata esset, Demaratus infidiosè hominem conjugio privavit, uxore retenta Cleomene itaque urgente, Leutyichides contra Demaratum juravit, negans, cum ritè Spartanorum esse regem, quòd Aristonis filius non esset: deinde quòd juraverat, institit confirmare: quòd Ariston rex Spartiatum aliquando, cum si nunciasset famulus suus, filium ei natum, & mensis conferens, jurejurando negasset, illum esse filium suum. Huic verbo insistens Leutyichides, pronuciabat Demaratum neque Aristonis filium esse, neque ritè Spartæ regnare: eisdem Ephoris adhibitis testibus, qui Aristoni assidentes tunc hæc ab illo audierant. Tandem se in contentionem deducta, visum est Spartiatis oraculum, quòd Delphis est, consulendum: An foret Demaratus Aristonis filius? necne. Ibi Cleomenes supradicti Cobonem quendam Aristophanti F. maxima apud Delphos auctoritate, ut persuadeat Periallam mulierem vaticin-

A pantium, antistitem dicere ea qua Cleomenes volebat dici. Ita Pythia sciscitantibus iis qui ad oraculum erant missi, negavit, Aristonem filium esse Demaratum. Quae tamen res sequenti tempore palam facta est, & Cohon e Delphis profugit, & Perialla honore abdicata fuit. Demaratus nihilominus regno dejectus, & substitutus Cleomenes. Herod. l. 6.

Cum agrariae legi, quam Agis Eudamida promulgaverat; Leonidas rex adverteretur, eamque abrogasset, nobilitum studio: Lyfander Ephorus inlinit Leonidam accedere lege quadam vetusta, qua Heraclidem liberos veteri ex muliere alienigena tollere, & in eum, qui alio ex Sparta demigraverit, poenam facit capitalem. Haec cum objicere alios docuisset Leonida, ipse cum collegis signum observavit. Id huicmodi est: Nono quoque anno, captata Ephori serena nocte & intermeltri luna, confident silentio in caelum intenti. Quod si aliqua ex parte stella in aliam trajecerit, reges judicant deos offendisse: iisque regnum eo ulque abrogant, dum fuerit Delphis vel Olympa oraculum allatum, quod damnatos sublevert reges. Hoc signum oblatum sibi Lyfander jactans, judicium dicitur Leonida, ac testes edidit, ex muliere eum Astutia, quam quidam Seleuci praefectus ei collocaverat, duos filios tulisse, ingratum & invidium uxori domum invitum revertisse, & successore orbum rapuisse regnum. Simul dum eum accular, impellit Cleombrotum ad regnum ascendendum, generum Leonida, & stirpis regiae. Trepidus igitur Leonidas, supplicem ad Chalcedonem refugit. Fuit una cum parente in foribus filia, divertitque a Cleombroto. Citato ad judicium, cum non stetit, regnum abrogantes, contulerunt id Cleombroto. Plut. in Agide.

Gylippus, ut Imperator Syracusii exercitus crearetur, congregatis Syracusiorum ducibus, ait, Operere collem quandam inter urbem & Atheniensium castra munire. Quibus morem gerentibus, noctu transfugam ad hostes mittit, qui haec nunciaret. Illi re cognita, praevententes collem occupaverunt. Gylippus autem indignabatur, tamquam arcanis proditiis ac promulgatis. Igitur in posterum ne fieret hoc amplius, principes Syracusiorum summam belli Gylippo detulerunt. Polyen.

Cum Michael Caropales Imp. in Thracia cum Bulgariorū rege Chummo signa collaturus esset: Leo Orientalis exercitus dux ad imperium aspirans, nunc longa oratione exercitum, nunc conviciis in odium Caesaris commovit: coque perduxit, ut si salvi esse velint, se ducem, dum hora confictus veniat, sequantur. Pugna igitur inita, Leo primus turpiter fugit: quem totus exercitus sequutus, praeter omnem necessitatem castra Caesaris ac tentoria reliquit. Chummus Romanorum fugam videns, insidias suspicatus suos continuit, quoad Romanorum fugam perdidisset. Hac explorata, subsequutus cum suo exercitu, maximam cladem Romanis intulit: vix cum pauculis Imperator evasit, ac Constantinopolim delatus est. Leo audacior hoc successu factus, quosdam subornat, qui inhabilem Imper. ad regendum coram plebe insimulant: opus esse rege magnanimo, experto multarum rerum, ac strenuo, qualis esset Orientalis exercitus dux Leo. Excitata igitur seditione, Leo in castris Imperator appellatus, regium nomen, huic se conspironis velut ignatus, detrexit. Sed Michael Traulius, cum ceteris quibusdam, ensibus nudis ceu invitum coegerunt, vel potius fuerunt, regium nomen ferre. Cyp.

Pipinus, Caroli Martelli F. Magister Equitum, Saracenos jam tertium in Franciam redeuntes, obsecrationibus habitis, copiosius contractis, summovit trans Pyrenaeos salus. Adeoque formidabile impius esse cepit Pipini nomen, ut deinceps inter se Galliamque, Pyrenaeum limitem statuerent sanctum, quem transgredi nefas duccrent. Hinc regium nomen non dissimulante affectare cepit. Childericus enim III. rex mente stupens, vita ignavus & effeminatus, videbatur regio nomine indignus, solique de honestamentum: una ea res Pipinum deterebat, quod regium nomen, in quocumque ac quacumque foret, sanctum augustumque semper fuerat. Quemnam tanta cervicis tamque sublimi vertice inveniri posse, qui de Regno transferendo ad magni Clodovei stirpe verba facere audeat? Nimiram hanc tantam tamque novi exempli rem alibi tentandam esse, quam in Francia, qua sacramento regi dicto devincta, religione teneretur. Ubi autem melius, quam in urbe Roma, tunc virtutis sanctitatisque seminat, rationem virtutis haberi posse: quam unam umbrae regis imaginarioque scepro ac stupido Childerico stantebat opponendam: & beneficia pa-

tris erga Pontif. Roman. sedemque Petri a Longobardorum rege focio amicoque defensam, non parum ponderis habitura confidebat. Ergo Butcardum Vilsburgensium Episcopum ad Zachariam Pontificem maxm. oratorem misit, ut Franci solverentur jurisjurandi religione, qua se Childerico III. devinxerant. Zacharias initio minime audebat tam magno momenti cogitationem suscipere. Deinde cum Francos proceres mira consensione animorum Pipino adesse cuperet, compertum exploratumque habuisset, unumque Childericum regem reliquam esse Magni Clodovei sobolem, sine liberis, sine ingenio, cuique ingenio dolori amissum regnum ipsi futurum non esse, nec ullum esse, qui ejus vicem quaereret: Francos sacramento regi Childerico dicto solvit. Qui conventu habito Pipinum regem salutaverit, an. 751. In decimum tamen ab inito magisterio Equitum annum tantae molis res protracta est. Stephanus, qui Zachariae successit, in Galliam, opis contra Astulsum Longobardum imploranda causa, profectus, Pipinum ad Dionysii Parisiorum coronavit, sacraeque unctione imbuti, Childericumque regem detonsum canobio sacravit, nulla cuiquam querela, sed non sine admiratione. Sigebertus F. scribit, Pipinum a Bonifacio Moguntinorum Episcopo factis regis initiatum an. 751. eundem anno post a Stephano ipsum filioque, Carolum & Carolomanum, inunctos, toti soboli eorum benedicente, omniaque fausta felicitate in omne tempus factis caeremoniis apprecante: simul diris detestationeque insectante, si quis quid contra moliri audeat. Ita prius acceptum jus regnandi, tunc quasi confirmatum, & immortale factum in ea familia videbatur: ut in Pipino non magis invidias vires formidarent mortales, quam religionem revererent. Amil. l. 2.

Educationem vitiosam. Cum post obitum Marci, Commodus adhuc adolescens Imperator, a patre relictus esset: is Perennem Italicum hominem, militaris alicui disciplinae peritissimum, Praetorianis praefecerat. Hic ut sibi omnem auctoritatemque Imperii vim assumeret, abutens Imperatoris adolescentia, deliciis ganeisque hunc corrupti facili patiebatur: quia dum voluptatibus indulgeret, necesse esset imperii summam in alium rejici. Sed & antea nobilissimus, locupletissimus & Imperatori conjunctissimus omnibus per fallas accusationes supplicio affectus, ubi qui facinus suum impediret, reliquum esse neminem existimavit, tum de imperio cogitare cepit. Itaque hoc imprimis Commodus perfovit, ut filium suum adolescentem Illyricis exercitiis praeficeret. Ipse magnam vim pecuniae contrahabat, qua, cum opus esset, corruptis Praetorianis, uteretur. Interea certe quidam philosophi habitu cum insidias prodidisset, neque id aliis argumentis, quam aut forte quadam aut divini ratione confirmare videretur. Perennis ipse comprehendi hominem, & pro furioso & vaniloquo, igne ignaro etiam patre, quamquam erat praefectus, nonnulli milites alicui nummos de regenti sub illius factos imagine, Commodus atulissent: omni denique insidiarum ordine patefacto, illi quidem maximis numeribus affecti sunt: ceterum missi, qui noctu Praetorianorum praefecto nihil tale minus cogitanti, & horum omnium insilio, caput obruncarent, deinde in Illyricum ita ad filium accurrerent: ut eorum diplomate famam, qua Roma accidisset, anteverterent. Hi Commodi literas perquam familiariter ad eum scriptas afferunt: jubent, ut magna proposita spe Romam revertatur. Is ut attigit oram Italiae, ab iis quibus imperator negotium dederat, occiditur. Postea Commodus duos Praefectos sapientissimum constituit: quia tutius sit omnino, tantam illam potestatem non uni committere, sed dissectam in partes, imbecilliorum eo pacto efficere, si quid adversus Principem nefarie suscipitur. P. Arod. ex Herod. l. 1.

Oraculaemittit. Ex posteritate Herculis, qui consui cum Doris fuerunt, & in Peloponnesum remeaverunt, magna & clara gens floruit Sparta. Non admitti tamen ad regni successionem omnes sunt. Verum haec id penes duas solum familias, qui Eurytionidae & Agiadae appellabantur. Ceteri ex generis dignitate praerogativam in republ. nullam habebant. Virtutis vero decora patebant omnibus, qui obtinere poterant ea. Lyfander, ut rebus getis inelytum nomen comparavit (nam captis Athenis patriae imperium peperit, & bello Peloponnesiaco, quod 27. annos duraverat, finem imposuit) iniquo ferebat animo,

A animo, quod illa in urbe, quam ipse amplificaverat, alii qui nihil se esse natalibus illustrioribus, regnarent: cogitavitque ex duabus familiis regnum traducere, & conferre in medium ad omnem Herculis progeniem: vel, ut quidam ajunt, non ad Herculis posterum, sed ad Spartiatis: ne praerogativam id stirpis Hercules esset, fed eorum, qui similes essent Herculi virtute, qui illum quoque ad Deorum honores eveherent. Sperabat autem fore, cum de regno ita diceperetur, neminem pra se designatum iri Spartiitem. Ac primum inducere cives ipse inlinit & molitur est, atque orationem edidit a Cleone Halicarnassaeo compositam. Hinc ubi rei quam novabat, importunitatem & molem consilia vidit audaciora flagitare: quasi in tragedia macrinam in cives attollens, fortes Delphicas atque oracula contextuit concinnavitque: nihil habiturum se ratus ex Cleonis artificio praefidit, ni metu aliquo Dei & superstitione prius ictos occupatos ad orationem illam cives fubdole deduxisset. Itaque referret Ephorus eum, ubi Pythiam aggressus esset, supervertete, ac mox sollicitavit per Phoclem Dodonidas, & rejectus ab his est, ad Ammonis templum profectum, ostensa magna mercede, cu sacerdotibus egisse, quos ex indignatione Spartam certos ad accusandum Lyfandrum legasse. Alius verè Pythiam pretio delinitum cum illo fecisse alerit in hunc modum. Mutier erat in Ponto, quae pregnantè ferebat se ex Apolline. Cum filium perpendissent doctes libere coplures & nobiles magnam nutrimentum ejus atq; educationis egerunt curam. Nomen puero Sileno est inditum. Hoc sumpto Lyfander exordio, reliqua de suo assuit & atexit. Alium praeterea vulgaverunt, & dissiparunt Sparta Delphis peritum rumorem, oracula pervertilla a Sacerdotibus in arcanis tabulis conservari, neque atrectare has vel legere fas esse, nisi longo avo natus ex Apolline venisset, & generationis suae indicio, quod notum custodibus esset, edito iis, tabulas, quibus sortes continebantur, accepisset. His praeructis veniendum sicut Apollinis filio Sileno erat ad postcenda oracula. Sacerdotes consiliis singula sedulo rimare de natalibus ejus & percontari debebant. Postremum his adducti, scilicet libellos tanquam Apollinis filios ostendere, atque hic in magna corona cum alia recitare oracula, tum cujus causa hoc institutum commentum fuerat de regno, praefate & C. atius esse Spartiatis, ut ex optimis civibus legerent reges. Ut jam adolevit Silenus, atque ad rem agendam veniebat, ecce Lyfander a fabula excedit unius ignavia bilitionis & administri: quae cum admoventia operi manus esset, oborturp & tergiverfatus est. Nihil tamen, dum superles Lyfander fuit, patefactum est, sed post obitum ejus. Deceffit enim ante reditum ex Asia Agefial, cum in bellum Beoticum incidisset, vel potius Graeciam concessisset. Eo mortuo, ait Ephorus, cum disceptatio quaedam eorum Sparta esset, & scripta, quae apud se asservaverat Lyfander, essent inspicienda, domum ejus Agefialum profectum. Quem, ut codicem reperit, in quo descripta illa de republ. oratio erat, regnum Eurytionidæ & Agiadæ eripiendum, atque in medio esse ponendum, legendoque reges ex optimis, inlinit orationem in lucem pro concione profecte, & Lyfandrum aperite, quis civis in opere fuisset. Verum Laetridam prudentem virum & principem Ephororum retinuisse Agefialum, monuisseque, ne refoderet Lyfandrum, sed orationem cum eo defoderet ita artificiosè & astute concinnatam. Plutarch. in Lyfandro, & Diodorus Siculus lib. 12.

Quum Constantinopoli imperaret Leo Magnus: Timotheus, cognomento Aclurus, magicis imposturis utens: cellulas monachorum obivit Alexandria noctu, nominatim quemque vocans. Qui cum responderent, ita dixit: Ego sum Angelus, in hoc missus, ut omnes jubeam abfolvere societate Prohetii & Chalcedonenfium rebus: Timotheo autem Acluro Episcopatum Alexandrinum tradere. Porro cum ceterarum hominum turbulento mercede parasset, per tyrannidem folio Episcopali potius est. Cedrens, & Theod. Lector. lib. 1.

Nuptiarum spem. Rolvo Danorum Rex Suevia subacta, Hiathuarum quendam sorore Sculda in matrimonium data, annuoque vectigali imposto, Suevia praefectum constituit, libertatis iacturam affinitatis beneficio leniturus. Sculda maritum atrocissimè novarum rerum consiliis imbut, pus unumquemque libertari, quam necessitudini debere testata. Igitur arma diversi generis tegminibus obvoluta, tributis more per Hiathuarum in Daniam perferri jussit, ad Lethram oppidum, è E Rolvone constructum, eximisque regi opibus illustratum. Rex Hiathuarum regio convivio excipit. Svenes nocte in tempesta cubiliis egressi, regem cum proceribus vino fomnoque sepultum obruncant, nemine ex toto ejus comitatu praeter unicum Viggonem superflite, qui postero die Hiathuarum in triumphali convivio & vita & ephemero regno exiit. Saxo lib. 2. Crantz. lib. 1. Suecia, cap. 20.

Norvegiae Rex Olavus, Syriam Sueciae regis viduam conjugio sibi sociare voluit, quod Suecia vires suis adungeret. Sveno Danorum Rex subornavit ex suis duos, qui specie perfulgum Olavum peterent, multa mala in caput Svononis congererent: ceterum filiam ejus Thiram, aviae nomen referentem, insigni laude celebrarent. Quorum vocibus Olavus accessus, missis ad Svononem oratoribus, filiam ejus conjugem deposcivit. Cum autem Sveno legatos spei ejus non a se dimississet, Olavus Syriam, ut arate disparet, ludibrio habens specie colloqui acceffivit, & (ut gens illa nuper ferè omnia petagit) in suam navim evocavit: ita composita, ut pons cui inscenderat solveretur, & regina cum comitibus in mare delapsa, non sine periculo extraheretur. Cum igitur Olavus à se Syriam tali indignatione repulset, tum Sveno filiam ei dare negavit, & Syriam ipse duxit. Olavus tantam ulturus injuriam, expedita classe movit in Danos. Sed Sveno accitis in opem Svecis, quibus privigium ejus praerat Jacobus, opproffio Olavo, Norvegiam subegit. Crantz. lib. 4. Dania cap. 14.

Literas adulterinas.

Tryphon monachus, ea conditione sede Constantinopolitana potius, ut post certum tempus Theophylacti Romani Lacapeni Imperatoris filio, qui tum ob etatem tanto muneri impar erat, ultro sede cederet: eo elapso, cedere noluit. Caesariensis Patriarcha, ut Imperatori gratificaretur, eum simulata amicitia compellat, ac quibus artibus ipsum Imperator oppugnare aggrediat, indicat, denique ait: Hoc te arietè expugnatum iri confidunt aulici, quod literarum rudem te esse jactitant. Quare ut hoc etiam te crimine purgare possis commode, nolo tibi meo deesse consilio: Scribas, inquit, multis praefentibus nomen tuum, & pontificatus dignitatem, eamque chartam ad Imperatorem curato perferri. Pareat Tryphon, dolum fraudulenti hominis non olficiens, & assumpta charta haec scribit: Tryphon ex Dei misericordia Archiepiscopus novae Romae, & acumenicus, & patriarcha. Eam chartam, Caesariensis Imperatori offert, ac mox per aulicos Tryphonis nomine subicitur, quasi sua se functione abdicat. Hoc artificio sede sua ejecto Tryphone, Theophylactus Imperatoris F. designatus fuit Pontifex. Zonaras.

Nuncium falsum.

Obsidebatur Manfredus Tarentinus Dux a Pontificis Alexandri IV. exercitu Nuceria: praelio decertare non ausus, consilio se obsidione eximit. Emisit clam ex urbe nonnulli parit atque ille erat calliditate, cum paulò longius processissent, subornant quosdam alios non minori audacia astuque, qui lugentium habitu ex Svevia cum literis, quas ipsi conscripserant, adulterinoque annulo signarant, venire se dicerent, simulatque cum lacrymis falso nunciarent, Contadinum Suevum Conradi Imp. F. obivisse. Res & nunciata, H & credita. Captus dolo Legatus Pontificis, ultro solvit obsidionem. Bavaritutores Conradini, perinde ac nullo pulfio, cujus tutelam gererent, procul è regno Siculo delituli abiere. Manfredus velut pro defuncto rem divinam magna religione amplissimè facienda aratus ipse curavit, justaque perfolvit, gazaque Panormo ad se transferri jussa, ac largitione veteranis sibi conciliatis, novoque ex Africa milite barbaro mercede conducto, quasi nulla jam ulla regiae Siculae stirpe, Rex salutatur: priusque regnum opesque firmavit, quam fieret fides à quoquam, vivere Conradinum, animis hominum errore occupatis. Cum rege Tarracoenfium affinitatem contraxit, collocata illi filia Constantia. Amilii lib. 7.

Eorum qui Imperium dare possunt Conciliationem. Sive ea fiat Sapientiae studio.

Barbas Theodoræ Augustae, Theophili Imp. viduae, frater, cum Imperium affectaret, Michaeli Imperat. adhuc puero suavit, ut regnum assumeret. Theophilum patritium Michaelis

Alis præceptorum ex insidiis obtruncari curavit, Theodorum Palatio exegit, Michaelen autigationibus & popinis detinuit. Ipse interim in tanta regis desidia, cum neglecta essent penitus Philosophiæ studia, ut sibi famam aucuparet, scholas scientiarum triviales ubique instruit, ac publicum docendi locum, professoribusque annua stipendia & publicam provisionem constituit: hiisque communem præceptorem Leonem conduxit, cui celebre in philosophia nomen erat, quem Theophilus Imp. magnis muneribus affecerat, & pontificem Thessalonicensem creaverat: at quia nullam honorem imaginibus censebat exhibendum, ejectus urbe fuerat. Leges civiles restituit, cum quotidie ipse iudicis præfesset, ut leges amissa & oblivioni datæ pristinum vigorem resumerent. His artibus aditum sibi ad imperium jam fecerat, nisi à Basilio Proroftrator, per æmulationem, in conspectu Cæsaris cæsus fuisset. *Cyprian.*

*Prodigalitate, profusione.*

Jason mist per Menelaum pecuniam Antiocho regi: Menelaus verò sibipsum redemit summum facdotium, intervens Jazoni talenta argenti trecenta. *2. Mach. 4.*  
 Anno V. C. 312. Procuro Geganio Macerino, & L. Menenio Lanato Coss. annonæ caritas Romam invasi: dubium deserto agrorum cultu, an cælo fragibus adverso. Tum Sp. Melius, ex equestri ordine homo prædives, rem specie utilem, sed libertati præcipue inimicam est aggressus. Emerat hic per clientes & hospites penè quicquid frumenti fuerat ex Heeturia advectum, emptumque multitudini gratis in gravissima annonâ distribuit. Conciliavit ea largitio homini tantum favoris, ut quacumque incederet, frequens circa illum civium multitudo conspiceretur, futurum consulatum haud dubio consensu reprobmissens. Quoniam autem consulatus erat à patribus non sine certamine extorquendus, de regno agitare cœpit. Creantur interim consules T. Quintius Capitolinus, & Agrippa Menenius. Ad hos & partes Minutius devulsi, se manifesto indicio compertum habere in Sp. Melio domo secreta consilia agitari, ingentem vim armorum edo collatam, corruptos ex Tribunis quosdam, qui ad prodendum libertatem cum Melio conspirent. Tum quia à consulis provocatio erat, visum est ad id malum opprimendum, Dictatore opus esse. Quintius Cincinnatus dictus est. Is Servilium Halam magistrum equitum dixit. Qui Melium ad Dictatorem venire nolentem, & populi fidem implorantem occidit. Is principio obstitit: deinde multitudi- oratione multitudine, Quæstores iusti sunt Spurius bona vendere, pecuniamque inde exactam in publicum redigere. Domus ditura, monumentum nefariæ spei, oppressa ut esset arca, Aquimelium appellatum. L. Minutius bove aurato, vel, ut alii tradunt, statura extra portam Trigemina est donatus. *Sabell. lib. 6. Ennead. 3.*

Cum Galba defecisset à Nerone, primus Otho legatus Lusitanæ accessit ex ducibus ad partes Galbæ, & quantum auri argentique habebat in poculis, argentario id omne dedit, ut inde nummi fierent, quos ministris Galbaniis enumeravit, fecitque iter multos dies cum Galba: eodemque momento & ipse spem imperii concepit, tum ex condicione temporum, quæ tumultuosa erant, tum ex prædictione Seleuci mathematici, qui illi denunciabat, ut *Tranquillus* scribit (*Plutarch. & Tacitus* mathematicum Ptolemæum appellat, nisi idem sit, qui Ptolemæus Seleucus dicebatur.) Omni igitur officio atque ambitione usus, militum animos demerebatur, atque beneficio devinciebatur: affabilitateque ac militari promotione militibus sese ita insinuavit, ut palam omnes prædicarent, hunc solum successione imperii dignum. Sperabat autem adoptionem à Galba, ad quam T. Junius, qui magnæ potentia apud Galbam erat, pro viribus Galbam induerat. Sed postquam Piso prælatu est, ad vim conversus, conspirationem iniit: ad quam & magnitudo æris alieni eum impulit, qui se, nisi principem, vivere non posse asserbat. *Cyprian.*

Cum mortuo Anastasio Imperatore Amantius Spado palati præfectus ingentem pecuniam vim ad Iulium Comitem excubitorum detulisset, ut eam inter milites partiret, servata tamen quantum ipse vellet pecunia, modò ductoribus exercitus perluaderet, Theoretianum sibi longè familiarissimum ut legeret imperatorem, majusque promitteret per singula capita donativum, quam priores unquam fecissent: Iulius quidem ita integrè pecuniam inter milites paravit, suffragia pro se cautè emit. Itaque ab universo Sena-

tu totoque exercitu Iulius electus ac pronunciatu est. E princeps: sellaque curuli exceptus, ac diademate ornatus, ab omnibus salutatus Imperator, Amantius & cubicularios ob insidias paratas è medio sustulit. *Cyprian.*

Comnenus Michael Palæologus, accepta ab Arsenio patriarcha tradendæ regie pecunie potestate, totis modis eam in manus nobilium & militum effudit, eorumque etiam, qui eloquentia populum demulcere norant. Atque ita parlatum animos omnium delinivit, ut cum solum & prudentia & usum rerum tanta imperii molis sustinendæ patem judicarent, dum Imperatoris Theodori Lascaris filius Joannes ad manum ætatem perveniret. Hac via primum venit ad imperatorum fastigium gradum fecit, ex quo secundis sibi & plenis velis in imperii portum est invehctus. *Greggoras lib. 3.*

*Blanditia, Adulatione.*

Abalon Davidis F. populum blandè alloquens, & manè ad portam stans, si quis regem ad jus petendum adibat, ejus causam bonam iustamque esse, ac patrem suum malos habere consiliarios, dicitabat: si ad se regnum perveniret, sese jus æqualiter omnibus esse redditurum. Quin etiam si quis ad eum venerandum accessisset, ille eum potestè manu prehensum osculabatur. Cursum quoque, aquitatum & so. satellites sibi comparaverat, ita ut omnes magnificentiam illius, ad eam etiam corporis pulchritudinem admirarentur. His igitur artibus per quatuor annos usus, tandem simulatione voti Hebronem profectus est, ibique à suis affectis in regem creatus, per emissarios in tota Judæa tubæ sonitu significandum curavit, Abalonum in Hebronem regem creatum: atque ita Davidem patrem regno expulit, cumque ejus concubinas publicè concubuit Herosolyms. *2. Regum 15.*

Agathocles, Carcini Regni exulis F. Syracusanorum Dux contra optimates, sexcentos expulit. Post hæc concione convocata, criminatus sexcentos & paucorum principatum, asserens se civitatem perperasse ab iis qui principatum affectarent, & sinceram libertatem populo peperisse, ac cupere aliquando liberatum à laboribus privatam vitam degeret: suum paludamentum dilaceravit, pallioque assumpto abibat, se spectandum præbens tanquam unum è multis. Hæc agebat, se popularem simulans, & certo sciens, complures ex concione participes fuisse flagitiorum nefariorum, & ob id nunquam consensuros, ut cuiquam alteri imperatoris dignitas demandaretur. Consectum igitur qui oppressorum bona compilarant, vociferabantur, ne se desereret, sed omnium curam susciperet. Is principio obstitit: deinde multitudi- ne vehementius urgente, dixit, acquieturum se, si soli liceret imperare absque collega. Concedente idipsum populo, denuntiavit debitorum immunitates, & agrariam legem. Inreca neque diademate assumptis, neque stipatores habebat, neque difficilem aditum ad se patere voluit, quæ quidem omnes ferè tyranni sibi parare solent. Curam verò habuit redituum & preparandorum armorum atque telorum. Sic sen- tum tyrannidem invasit. *Diad. lib. 19.*

A. Vitellius à Galba in Germaniam missus, tota via caligaturum quoque militum obvios excolabatur, perque stabula ac diversoria mulionibus ac viatoribus præter modum comis: ut manè singulos, jamne jentassent, sciscitaretur, seseque fecisse ructu quoque ostenderet. Castra ingressus nihil cuiquam poscenti negavit, atque etiam ultro ignominiosas notas, reis sordes, damnatis supplicia dimisit. Quare vix dum mense transacto, neque diei neque temporis habita ratione, ac jam vespere, subito à militibus è cubico raptus, ita ut erat in veste domesticæ, Imperator est consalutatus, circumlatuque per ceteros vicos, stridum divi Julii gladium tenens detraçtum delubro Martis, atque in prima gratulatione potestè sibi à quodam: nec antè in prætorium rediit, quam flagrante triclino ex conceptu camini: tum quidem consternatus, & quasi omine ad- verio anxius omnibus, inquit: Bono animo elio, nobis al- luxit: nullo sermone alio apud milites usus. Consentiente deinde etiam jam superioris provincie exercitu, qui prius à Galba ad senatum defecerat, cognomen Germanici delat- um ab universis cupide recepit, Augusti distulit, Cæsaris in perpetuum recitavit. *Suetonius.*

*Insidie simulatione.*

Diocles Medus hoc pacto Medorum tyrannidem occupa- vit. Medi partim habitabant, nullamque civitatem habentes, sine legibus ac iudicibus vitam debebant, & agebant, rapie- bantque sese mutuo. Diocles vicinis iura dabat, eosque æqua- litatem servare docebat. Eo delectabantur iudice, cuius no- men

Amen statim celebre apud Medos evasit, factusque est eum concursus, tanquam ad æquabilem ac iustum iudicem. Cum omnium benevolentiam sibi fama & gloria conciliafset, præsidia comparavit: iusque usque, per noctem lapidum ictibus domum suam oppugnari curavit: mane factum apud Medos de nocturnis insidiis conquestus, quasi eorum causa in mortis periculo adductus esset, quod inter eos jus diceret. Multitudo indignabatur, & ad corporis securitatem decerne- bat eum locum munitissimum inhabitandum, arcem Echa- tanorum, & corporis stipatores, quos ipse delegisset, eique victum de sacris pecuniis suppeditandum constituit. Hanc ille consecutus stipatorum multitudinem, in dies his plures adjecit, & pro iudice rex factus est. *Polyen. lib. 7.*

Gelon Dinomenis filius, Syracusius, in bello adversus Himilconem Carthaginensem suscepto, creatus summus dux, cum egregiè pugnasfset, victor prodiens in conclonem, rationeque reddens imperatorie dignitatis, impensatum, temporum, armorum, equorum, tiremum, & ob hæc univer- saria collaudatus, tandem exiit vestem, atque stans in medio nudus: Sic, inquit, ego vobis nudus sto, vos autem armati. Itaque si quid à me gestum est intolerabiliter, proferte contra me. Tum ferro, ignique & lapidibus populus auxilium tulit, tanquam optimum ducem collaudans. Quid respon- desinquit: Et in posterum igitur talem ducem eligere. Ire- runt populus: At talem non habemus. Ita creatus se- cundò dux belli, pro duce tyrannus Syracusiorum evasit. *Polyenus lib. 1.*

Tambelanes Scythia pastor, pastoribus ludis rex creatus, animum ad majora adjiciens, pastores, ut iurejurando imperata fe facturos pollicerentur, impulit. Pecora igitur vendidit eos, atque, ut à tam inopi vita fe vindicarent, arma equoque comparare iussit. Hoc numero (ad quin- gentos enim pervenerant) quosdam mercatorum societates, quæ per eas regiones magno numero præsidii gratia com- mere soleat, & vulgò Caravanæ dicuntur, armis devicit: atque in partienda præda adeo fe inter comites iustum libe- ralemque præstitit, ut mutata conditionis pastores non mo- dò non peniteret, sed fide amoreque enixius ei devincerentur. Ad compescendum latronum audaciam mille equitum dux in ejus regionis fines, ubi hæc adversus mercatores ge- sta erant, à Persarum rege missus, cum à latronum duce in colloquium vocatus esset, latronis arte, verbisque delinitus, ex hoste comes ei factus est. Interim inter Persarum regem fratremque ejus orta controversia, fratris causam latronum duces susceperunt: cui postquam regnum affecueret, majori exercitus parte ab eo impetrata, illius auspiciis fingunt sese in exteras gentes imperium propagare velle compulsi ad rebellandum populum, brevis fe, qui antè latronum princeps erat, Persarum regem fecit. Quod autem isticia debilitatus erat, ejus nomini Temir (quod Scythiarum lingua femur si- gnificat) Lang Perse addiderunt, quod verbum ipsa lingua isticia debilitatum ostendit, conjunctiveque ambobus verbis Temirlang nuncupatus fuit. Hic Persico regno Armeniam, Syriam, Babylonemque, atque multas alias gentes addidit, urbemque Smaracandam ambitu maximo à Persis condita- tam, innumerabili hominum multitudo replevit. *Egnatius lib. 3. cap. 4. & Fulgorius eodem.*

*Roboris ostentatione.*

D Erant Pigres & Malfyses, Pæones, qui, postquam Darius transmissit ex Scythia in Asiam, Sardis venere, cupidi tyran- tidis apud Pæones potunda, ducentes uno forem procera statura atque speciosam. Hi observato tempore, dum in sub- urbanis Lydorum Darius præfideret, talem rem sibi agen- dam putarunt. Sororem quam optime poterant exornatam, ad aquam mitunt vas capite continentem, equum è bra- chio trahentem, linumque nemem. Eam præterentem Darius attentè considerans, quòd neque Persica erant illa quæ ageret mulier, neque Lybica neque illarum ex Asia fa- minarum, misit quosdam suorum satellitum, iustos obser- vare, in quam rem uretur mulier equo. Iis obsequenti- bus, femina, ubi pervenit ad flumen, equum adaquavit, vas aqua implevit: eademque via regressa, aquam capite ferens, equum è brachio trahens, ac situm verrens. Admiratus Da- rius, adducit coram femina jubet. Ea adducta, adoles- centes fratres qui aderant non procul rem ipsam speculan- tes, interroganti Dario, Cujus illa esset, ajunt fe Pæones esse, & illam suam sororem, seque venisse Sardis, ut sese Dario donarent. Pæoniam autem Theucrorum coloniam

esse, ad flumen Strymonem sitam, non procul ab Helle- spon- to. Interroganti Dario, Nunquid omnes illic feminae tam laboriosæ essent: affirmantur promptè, id ita habere. Ita- que Darius literas ad Megabyzum dat, quem in Thracia præfectum reliquerat, jubens è sedibus suis Pæones ad ip- sum transferri, cum liberis pariter & uxoribus. *Herod. lib. 5.*

*Reconciliatione.*

C. Jul. Cæsar ex Hispania reversus, quæ sciret, quòd triump- hū postulantibus manendum extra urbem, candidatis consu- latus petendus erat in urbe: his legibus consuetis contra- riis, cum ad tempus comitorum consularium occurrisset, con- cedit per amicos à senatu, ut absentis sui ratio haberetur. Cō- trā cuius postulata insistente legi. Catone, mox ut multos ad- verit à Cæsare delimitos, tempore rem excludente, ac dieni Cæsare eximenter: constituit dimisso triumpho Cæsar incumbere consulari, ingressusque illico urbem suscepit actio- nem: Considerans autem in M. Crassi à Cn. Pompejo alle- natione, si ad alterum se applicasset, alterum habiturum fe inimicum, ad ambos reconciliandos convertit animum, rem præclarat alioquin & civilem, sed ex causâ prava cautè ab illo & insidiosè commentatam. Quippe vires republ. quæ sicut in navi propensiones ad æquilibrium reddebat, ubi coeque, & unite sunt (quod quidem eam oppressit, & everit funditus) inexuperabile reddiderunt momentum. Unde M. Caro eos, qui ab infecto Pompejo cum Cæsare diffidio republ. prædicabant profigitatem, errate dicebat, qui reprehenderent novissima: Neque enim diffensionem vel similitudinem, sed coalitionem eorum, & consensionem pri- mum reipubl. vultus & maximum fuisse. Inito Coss. ex- templò leges non consuli, sed audacissimo tribuno plebis rogavit congruentes, in gratiam plebis legem de coloniis deducendis, & leges agrarias promulgans. Ibi cum adver- tentur ei in Senatu optimates, quòd diu occasione qua- sisset, vociferatus testaturque, invitum fe transire ad popu- lum, quem necessarid & injuriis in fe Senatus adductus co- gegerit observare, profiliit: cinctusque hinc Crasso, illic Pompejo rogavit eos, Equid leges suas probarent? Cum probare dicerent, oravit, ut contra adversarios, qui gladios G minitarentur, essent sibi auxilio. Id illi sunt polliciti. Ad- jecit insuper Pompejus, contra gladios cum gladio fe ven- turos, & scutum quoque allaturum. Hæc vox optimatum aures offendit, indigna ejus pudore, atque ab ejus erga fe- natum observantia abhorrens, imò insana & temeraria: po- pulus verò exultavit. Cui cum M. Bibulus consul repugna- ret, Pompejus urbem militibus complevit, remque publ. vi totam occupavit. Quippe consulem Bibulum, qui cum Lucullo & Catone in forum descendebat, repente adorti faeces fregere. Quidam coponium stercoreis plenum in ip- sius caput Bibuli effudit. De tribunis, qui Bibulum deduce- bant, vulnerati sunt. Ita adversariis foro ejectis, lex per lata agraria est. Plebe legibus gratias delinita, ei provincia Il- lyricum & tota Gallia, adhuc quatuor legiones in quinquen- nium decretæ sunt, præcinente Catone, in arce vis ipsos decretis collocare tyrannum. Interea Cæsarem bella Galli- ca evexere. Qui cum remotissimè ab urbe abesse, & Belgis, Svevis, Britannique putaretur implicatus: clam altitua sua medio in populo & præcipuis rebus Pompeji potentiam la- besactabat: Siquidem aurum, argentum, reliquamque præ- dam & opes ex tot hostibus superfluentia in urbem mitten- do, labefactandoque largitionibus, & præbendo ædilibus, prætoribus, consulibus, atque horum conjugibus auctora- bar sibi complures. Itaque ad eum, postquam Alpes trans- misit, Luca hybernantem, cum ingens virorum simul & mulierum certam confluxit agmen: tum senatores, inter quos Pompejus & Crassus fuere, ducenti. Consecti ven- rant pro Cæsaris foribus proconsulium & prætorum centum viginti faeces. Ille alios omnes spe & nummis satiatos dimi- sit. Crassus verò & Pompejus cum eo pacti sunt, illi ut con- sulatum peterent, Cæsare ad comitia frequentes milites suf- fragandi causa mitteret. Si designati essent, quamprimū ut curarent provincias & legiones sibi decerni. Cæsari ve- rò suas prorogari in quinquennium. Cæso à Partibus Crasso, Pompejo Romæ rerum potiebatur solus; Cæsaris tamen le- giones metuebat, exercitum dimittere nolentis, cum Pom- pejo in quadriennium decretas provincias audivisset, sui verò absentis nullam rationem habitam. Proinde in urbem milites assidue mittebat ad comitia, multos ex magistratibus num-

A nummus sibi parabat & redimebat: in quibus consul fuit Paulus, qui ad partes ejus trecenties sexages H. S. pretio describit, & Curio tribunus plebis, immenso ære alieno ab eo liberatus, simulque M. Antonius ob Curionis amicitiam iisdem obstrictus nominibus. Compertum est, unum ex missis à Cæsare centurionibus pro curia stantem, cum audiret negari à senatu Cæsari provincie prerogationem, gladium manu concessisse, ac dixisse: Atqui hic dabit. *Plut. in Pompejo, in Cæsare & Catone.*

Nobilitate e mentita.

Consule Tit. Nates simulare: quatenus claris familiaribus per dolum inferendo, principatum quoque acquirere conantur.

Paphlagonum reges Pylemenes dici consueverunt. Hinc per jocum Nicomedes Bythinia rex, cum subactam Paphlagoniam cum Michridate divisisset, eam jussu integram restituerit, suis viribus diffusit. Se justo regi restituere velle dixit, atque Philomenem filium, Pylemenem nuncupavit, regnoque imposuit. *Sab. lib. 3. En. 6.*

Nimphidius Sabinus prætorio præfectus, qui Neronem B prodidit, Galba Imp. electo, ad imperium & ipse aspirans, non detrectavit C. Cæsaris, qui post Tiberium imperavit, filium nuncupari. Nec cupere jactaret: ut fama erat, admodum adolescens Cajus genitricis ejus, quæ erat forma non illiberali, ex fætrice metitoria & Cæsaris liberti Castillo genitæ. Ceterum fuit ejus cum Cajo consuetudo Nimphidii ortu recentior, ac fuscipabantur, ex Martiano gladiatore, cujus amore propter magnum nomen deperibat Nimphidia, quem potius videbatur oris lineamentis referre, cum fuisse fuscipotum. *Plut. in Galba.*

Suffragia.

Venetis inclinabant non paucorum studia in Franciscum Fofcarum, qui universæ Republicæ præfuit: sed ejus ætas multorum vota retardabat (alterum enim & quinquagesimum ætatis nondum agebat annum) quæ res majorem quadragintavirum partem ab hoc proposito avocabat, multis longè senioribus, qui Mocenico principi succederent, adhuc extantibus. Effecit tamen Fofcarus, ut voti sui compos tandem esset. Nam cum in quadragintavirum numero aliquot essent, qui illi voti præcipue staderent, effectum cum iis, ut in suffragando minime sibi faverent, nisi quam ille annuisset. Quare conversus in alios omnes, hoc unum se ab illis petere aiebat supplex, ut suo tantum suffragio dignum illum conferent, qui summæ rei præfuit; turpe enim & ignominia plenum sibi videri, si divi Marci procurator, semperque de Republ. optimè meritis, vix tria aut quatuor suffragia referret, cum in nomen ejus iretur. Quod si semel supra dena numerate posset, sese id æquissimo animo laturum. Quod cum illi ex animi sui sententia obtigisset (nemo enim rem tam æquam negare ei poterat) nactus opportunam, ut sibi videbatur, occasionem, annuit favoribus suis, ne deessent, sed omni opera ac studio sibi adessent. Euntibus igitur omnibus in Francisci nomen, astu & arte id adeptus est, ut quinque & viginti suffragia fortiretur, qui numerus tunc temporis in eligendo duce satis esset. Quapropter stupentibus omnibus dux salutat fuit. *Ibidem.*

Fridericus Suevix Dux, vir religiosus, prudens & fortis, Henrici V. Imp. ex sorore nepos, commendata habuit ab avunculo insignia imperii; & idè multi præjudicio decessoris hunc eligendum regem putabant. Alii verò, quod imperii jura nimis immutata viderentur, fortem & acrem principem requirebant. Ita pro se quisque reculebat, & ad alium potius transferre contendit. Id cum ex composito inter principes fieret, procurante Alberto Moguntino Archiepiscopo, qui domum Henrici non amabat, Saxones autem haberet in pretio: Fridericus etiam ipse, nihil subesse doli veritus, & penè certus de eligendo, ut moderationis suæ specimen daret, & insignia imperii principibus restituit, & ut ceteri, imparem se illi oneri fassus est. Nec mora, qui cum Moguntino fenserant: Quandoquidem, iniquum, recantant imperium, quibus videbatur deferendum, Luderus sive Lotharius Saxonix Dux impetrandus, ne patiar Imperii dignitatem jacere contemptam: Itaque unanimi consensu illum elegere, nihil reculantem. *Cranz. lib. 5. Saxonie cap. 1.*

Post Rudolphi Haspurgenfis obitum, anno Christi 1291. Adolphus Comes Nassaviensis Cæsar electus est Francofordiæ, astu Gerlaci Moguntini Archiepiscopi, consanguinei sui. Gerlacus enim principum Electorum discordia inter se perspecta, clam singulos convenit, de eligendo Cæsare agit,

Simulat igitur, apud Venecesiam Boemix regem plerosque E consentire in electionem Alberti Austriæ ducis, cui inferius erat Venecesius. Rex votum suum Gerlaco dat: eliget quemcumque alium, quem Austriæ ducem. Apud Saxones similiter fingit, principum vota in ducem Brunsvicensem Saxonis hostem inclinare. Saxo suffragium suum Gerlaco committit, ea conditione, ne eligatur Brunsvicensis. Apud Palatinum simulat, vota Electorum in Venecesiam hostem esse propendere. Palatinus ergo vocem suam Gerlaco dat, modò ne Boemorum Rex creetur. Sic principum ferè omnium vota assecutus, præter omnem expectationem Adolphum regem Romanorum electum nunciavit & proclamavit. *Cusp. in Adolphi vita.*

C. Marius Consul III. exercitui contra Cimbricos, qui adventare dicebantur, præfectus, exacto tempore anno, ut gentibus comitiis, cum defunctus collega ejus esset, relicto ad exercitum M. Aquilio, contendit Romanam. Ibi multis & insignibus virtus consulatum ambicibus, L. Saturninus (qui præcipue inter tribunos impellere valebat plebem, & quem in se circumegerat Marius) monuit eam pro concione, ut consulem illum crearent. Cumque Marius in precem detrectare consularum, nec cupere jactaret: proditorum eum patriæ Saturninus appellavit, qui periculo tanto impendente, bellum suscipere gerendum abnueret. Populum videns, tempus requirere illius virtutem & fortunam, consulem quartum cum designaverunt, collegamque ei Lucatium Catulum addiderunt. *Plut. in Mario.*

Sortitione fraudulenta.

Sordida Magorum dominatione in Perside oppressa, Darius Rex adjutoribus ejusdem dignitatis assumptis, pactum cum prælati operis consortibus fecit, ut equis indentes, Solis ortu, cursum in quendam locum dirigerent, isque regno potiretur, equus cujus in eo primus hincisset. Ceterum maximæ mercedis competitoribus fortunæ beneficium expectantibus, solus acume ne equitibus sui Oebaris prosperam exoptate rei effectum assecutus esset, ut in equæ gentilem partem demissam manum, cum ad eum locum ventum esset, naribus equi admovit: quo odore irritatus, ante omnes hinc nitum edidit: auditoque eo, sex reliqui summæ porcellis continuo equis delapsi, candidati (ut est mos Persarum) humi prostratis corporibus Darii regem salutaverunt. Quantum imperium quam parvo interceptum est vastamento! *Valer. Max. lib. 7. cap. 3. ex Herod. lib. 1. Polyen. lib. 7. & Justinus, paulò aliter narrat: Equum enim Darii in constituto loco equæ admittit ab Oebare, postriede eodem in loco amoris desiderio commotum primum hincuisse. De modo ambigunt, de re constat.*

Temeni fraudem in Messeniæ regno Cresponti adjudicando *Pete. ex tit. Regiones astute comparare.*

Sitaculis lex erat de facerote Jovis in annos singulos sortitò capiendi ex tribus generibus. Quod si suffragiis tres crearentur, res revocabatur ad sortem, nimirum, ut qui sorte è tribus prodidisset, is sacerdotio potiretur. Verres autem Siciliæ prætor, cum Theonem sortem renunciari, & legem tamen retinere videri vellet, tres sortes in utram conjici jussit, in quibus omnibus scriptum esset nomen Theonem. *Cicer. Verrina 4.*

Postquam Acacius Constantinopolitanus Episcopus à Romano Pont. excommunicatus est, & alius in ejusdem locum substituendus esset; tum Zeno Imper. ut tolleret occasionem turbarum, quæ in electionibus plerumque oriri solebant, chartam puram obfirmatam in altari reposuit, & in alia scripta Deum orat, ut ipse in mundam illam notis designaret, quemnam Constantinopolitanæ Ecclesiæ præfectum vellet. Astute igitur Flavitas presbyter, homo summe audaciæ & impietatis, aditu pecuniis corruptus, fecit, ut suum nomen papyro inscriberetur. Hac fraude Episcopatum adeptus, quatuor mense perit. *Niceph. lib. 16. cap. 18.*

Leico I. Polonorum Principe sine liberis defuncto, placuit principibus, indico ad certam diem maculorum equorum curia, qui primus ad metâ pervenisset, ejus dominus ut princeps esset totius Poloniæ. Figitur meta apud Prandini cum annem in aperta planicie ad Septentrionalem plagam Cracovix. Ibi Leicus quispian, procerum & compicitorum unus, cum stadii vasto consilio stratus clam in sabulo ferreis hexagonis, sive stylis cæcis, quibus currentium equorum pedes laderentur, impeditivisset, ipse obliquo & minime impedito tramite primus, cæterorum equis in cursu offendentibus ac ceipitantibus, ad metam pervenit. Munerat etiam equi sui calces

A calces soleis ferreis, ut ne offenderet in stylis, si forte cum impetu currens in eos incidisset: cum omnes omnium aliorum equi de more illius temporis soleas nullas haberent. Antonius omnibus, & jam vicinorem atque principem divinitus sibi oblatum conclamantibus, recna deprehenditur: protrahitur Leicus in medium, convincitur, damnatur, comburitur. *Cromer. l. 2.*

Eorum, qui Imperium Impedire Possunt, coactionem, oppressionem, retardationem.

Cede.

Mydas, simulans se diis magnis rem divinam facturum, per noctem Phryges cum tibis, tympanis ac cymbalis eduxit, quibus enles occultè gestandos dederat. Cives è domibus egrediebantur ad spectaculum. Illi tympana cymbalæque pulsantes, spectatores trucidaverunt, & in ædes apertas impetu facto, Mydam tyrannum constituerunt. *Polyen. lib. 7.*

Theron, Selinuntius prælum advenit Carthagenes committentibus, cum multi ex his qui occubuerant insulpi jacerent, & hostes insarent, atque illi sepelire mortuos non audentes, neque tamen insulpos relinquere sustinentes, consilium, quid agendum foret, caperent: Theron recepit, Si triginta sibi darentur servi, qui ligna secare possent, se cum ipsis æcedurum, & cadavera igni traditurum, ac Polyandrum erecturum: Quod si ab hostibus ipsi vincerentur, non inde magnum periculum civitati futurum, si unum civem amitteret, & triginta mancipiorum precium. Laudantur Selinuntii sententiam, eique concesserunt, ut servos, quos vellet, sumeret. Qui robustos & florentes deligens, eduxit cum falcibus, bipennibus & ascis, ut ad combustionem mortuorum ligna secarent. Cum exivissent, persuadens eis Theron, ut dominis insidias struerent, sero vesperie in urbem reverit. Quos minorum custodes agnoscentes acciperunt. Theron ipsi custodibus trucidatis, & plurimis civibus in lecto interfectis, civitatem occupavit, & Selinuntiorum tyrannus evasit. *Polyen. l. 1.*

Dinias Tescippo natus, Pherensis, in urbe Thessalix Crano in paludibus & fluviis aviculis aucupio venabatur. Ab ejusmodi vita ascendit ad tyrannidem, talibus machinis. Cranonii custodiam urbis precio locabat. Dinias eam conditionem accepit, & usque ad triennium summa cura diligentiam excubias egit, ut noctes longè secutiores essent diebus, his qui intempèstivè ambularent. Eam ob rem laudatus, plures sibi vigiles conduxit, ut majorem laudem adipisceretur, se custodiam munitionem efficeret. Cum verò civitas frumentorum decimas mercede locaret, fratrem suum juniores ab omnibus officis immunenè libornavit, ut eas conduceret, summè extollens & amplificans reditus. Sic, cum fratrem suum decimarum collectorem in urbe constituisset, & multos ei juvenes florenti ætate præditos tradidisset, juxta agrorum numerum ad colligendas decimas fructus; cum festum celebraretur, quod Tania nominatur, in quo omnes Cranonii ludunt, conjungens cum urbis custodiis publicanos ab urbe, & cum sobriis obruens temulentos, amplius mille civibus morte affectis, Cranoniorum tyrannus evasit. *Polyen. lib. 2.*

Phidon quidam qui Peloponnesiorum imperium affectabat, quod patriam suam Argos principatum tenere in reliquis urbes vellet, primum Corinthiis insidias struebat. Deposuit ab eis per legatos mille ex eorum puere, qui flore ætatis & virute præcellerent. Illi mille miserunt, quibus dum dederunt Dexandrum. Quia verò obtinere illos Phidon deliberatum habebat, quo Corinthiorum vires debilitaret, atque civitatem sibi faceret obnoxiam (arcem enim opportunissimam hanc fore totis Peloponnesi) negotium transigendum amicis nonnullis delegavit, in quibus Abron erat Dexandri hospes. Illius indicio adolescentes Corinthum incolumes profugere. Sed & Abron tyrannum metuens, in Melisso vico agri Corinthiorum confedit, ubi natus est ei filius, quem imposta ex loco appellatione Melissum appellavit. *Plut. in Amatoriis.*

Byzantini intestinis agitatis seditionibus, à Spartanis decem viros pro constituenda pace petiere. Majores ergo Clearchus. Qui ubi summam rem imperique ad se delatam vidit, contracta mercenariorum manu, magistratus urbis ad quedam sacra invitatos necavit. Mox triginta viros, qui Bæotæ appellabantur, corripuit, laqueisque guttura eorum perfregit. Inde ex reliqua turba opulentissimos quoque per falsa crimina circumventos, partim necavit, partim urbe fugavit. Magna inde contracta pecunia, ingentes mercenariorum catervas conduxit, dominationemque sibi undique fir-

mare ac munire non destitit. Lacedæmonii exercitum in E cum mittunt duce Pantæda. A quo acie victus, ad Cyrum Artaxerxis fratrem confugit. *Diod. lib. 14.*

Childericus Morovei F. Francorum Rex, cum pudicitiam illustrium feminarum attentare diceretur, conjuratione procerum sibi longinqua fuga consulere coactus, in Thuringiam ad paternos amicos se contulit, expectaturum fortunam aliquam redeundi: dactile oculis mandatis amico Vidomato, acerrimi ingenii viro, nummumque aureum cum duas in partes divisisset, alteram sibi retinuit, alteram illi dedit, ut nulli nuncio fides haberetur, nisi qui partem numi detrectet. Franci Egidium civem Romanum, Sueffionem præfectum, regem suum salutant. Nec procerum ulli videbatur cedere Vidomarus odio in Childericum, non major veriorque amicus, quam amicitia dissimulatur. Odo annis Franci jura dixit Egidius, in amicorum cohortem recepto Vidomato ob solertia famam, assiduitatemque. Quo temporis spacio, eorum qui in Childericum conjuraverant, alii fato obivere, aliorum iræ resedere, alios Romani externique Imperii redere cepit: alios scitis criminibus falsisque suspitionibus apud Egidium largiter potens Vidomarus infestatus, cum tollendos curasset, ac paucos suspetere videbat, tunc cum parte nummi mittit nuncium omnium in Thuringiam ad Childericum. Is à maxima suorum parte secundissimis animis receptus, congressum Egidium fudit fugavitque. *Emilius.*

Potentia.

Philomedus Phocenibus, qui à Thebanis ac Thessalis bello petebantur, promittens se bellum feliciter confecturum, cum dux esset creatus, belli prætextu mercenarius legit, astutimque sacris pecuniis ad eam rem abusus, ductum belli in tyrannidem convertit. *Polyen. lib. 5.*

Theron Agrigentorum mercenarius in oculo paratos & instructos habens, cum ei pecunia ad stipendia petolenda non suppeteret, & civitas Minervæ templum magnificentissimum extrueret: suffragatus eas pecunias, quas opificibus distribuere debuerat, fassus, ut summatis operum merces ad extremum solveretur, in eamque rem vades dignos acciperent, certumque tempus desinerent, quo templi edificationem absolvere vellet. Vitis est non inutilem sententiam adferre, & ci civitas assensu, opus perficiendum locavit. Postquam igitur argentum civitatis Gorgus, Theroni filius, accepisset: neque architectos, neque lapidas, neque alios opifices conduxit; sed fatellitibus mercede conjunctis, Agrigentinos suis pecuniis in tyrannidem redegit. *Polyen. lib. 6.*

Sofistratus Syracusanus persuasit, ut eos, quibus cum Agathoole necessitudo aliqua intercederet, quique ad tyrannidem assequendam suam operam ei præstiterent, communi decreto cum omni familia in exilium mitterent. Qui cum extra civitatem exivissent, mille viri comitantes eos interfecerunt. Sofistratus inde exilium bonis potius, conductis militibus Græcis barbaris, itaque qui in lothomiis vincit tenebantur solutis, imperium in Syracusanis tenuit. *Polyen. lib. 5.*

Phalaris Agrigentinus publicanus, cum cives Jovis gubernatoris Templum edificare decrevisset in arce, quod ætatis summa existimaretur, & alioquin etiam religiosum putarent, in celsissimo loco Deum construere: ipse promisit se operi curandum præfaturum, & fabros optimi generis habiturum, materiamque utiliter suppeditaturum ac pecuniarum certos arbitros daturum. Creditur populus, quod eum ob genus vite, quia esset publicanus, hanc rem experientiam habere putaret. Accepit igitur publicis pecuniis, magnum numerum conduxit mercenariorum, multoque captivos coemit, & materiam non paucam in arcem comportavit lapidum, lignorum atque ferri. Cumque jam ædificarentur fundamenta, subornavit quendam promulgatorem: Quicumque significavit eos, qui lapides ac ferum in arce subtrahunt, is tantumdem argenti accipiet. Populus indignè ferebat, materiam per furtum subduci. Ille igitur inquit: Concedite munire, valloque circumdate. Ille captivos vinculis liberavit, eosque lapidibus, bipennibus, ac secutibus armavit. Cumque Cæteris festum celebraretur, ex imperato cives adortus, magnam virorum stragem edidit, & ipse mulierum ac puerorum dominus factus, tyrannidem in Agrigentorum Rep. exercitabat. *Polyen.*

Plistratus, ut ad principatum, quem animo conceperat, commodiorem sibi faceret gradum, inopum causam adversus divites, quorum princeps Megacles erat, suscepit tunc dam.